

judicis in  $\text{ἡκῶ}$  essentia & operatione presentis Ps. CXXXIX, & nuncupatam scribit. Quo pertinent B. Macarii verba: si sol hic, qui est creatura, illustrans loca cæno plena, nequicquam lade- tur: quanto magis Divinitas, si fuerit cum Satana, nec inquina- tur nec polluitur? --- Si vero quis dicat proprium locum habere Satanam, proprium quoq; DEVM, circumscriptum eum facit, us- que ad eum locum, ubi habitat nequam. Vti verò Sancti quoque angeli non omnia vident in DEO, nisi quæ ipse illos videre per- miserit, sicut in tempore demum cognoverunt mysterium incarna- tionis Christi à seculis in DEO absconditum, & sicut  $\text{ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας}$  ipsis innotescit multivaria DEI sapientia: dæmones mul- to minus conspiciere amplius DEVM secundum essentiam & volun- tatem ejus poterunt, quam quousque permiserit. Nunquam ta- men aliter nisi ut severum ipsis judicem cum tremore & horrore conspicient, uti & statim exiisse a facie Domini dicuntur. E con- t) Job. I, 12, trario autem non admittere solùm DEVM eosdem, sed & accerse- 11, 7. re nonnunquam ad videnda decreta sua, probabile est. Certe ex his constat, non abhorrere à veritate, quod ex intuitione quoque DEI Theologiam suam acceperint dæmones.

- a) Tomo I. p. 379. sqq. & 404. Edit. Grynæi. b) 2 Moral. c. 3. citatus Pes- tavio Theol. Dogmatum de Angelis I, 10, 9. c) l. c. d) Tomo IV. qvzst. II. e) Tract. Theol. Protheoret. p. 7. citatus Sever. Lintra- pio in lineam; protheoria Theol. §. 7. f) Homilia VII. §. 2.

## §. XXVIII.

At per media certa REVELARE DEVM dæmonibus quidpiam An per re-  
myfteriorum Theologorum, id majores fere dissuadent difficulta velationes  
tes. Non patet, cur DEVS ea quæ ignorant dæmones, & quæ omni- mediatas?  
bus sibi residuis facultatibus assequi non possunt, manifestare iis  
velit, Gratia istud opus est, cujus incapaces sunt nequissimi: Su-  
pernaturalis iis erit scientia, non modo quam naturæ rerum creatu-  
rum consideratione haurire nequeunt, sed quàm maxime, quam viri-  
bus suis naturalibus etiam de his quæ sunt extra mundanorum sphæ-  
ram non possunt indagare. Cur vero DEVS perditissimis, adeo super-  
naturale quid ut noscant, media concederet? cur spontaneam eo-  
rum & malitiosam ignorantiam tollere laboraret? Interpres Consi-  
liorum DEI est Filius DEI, qui id officium ab origine mundi  
multifariam, postremo ipse coram hominibus assumpto vere humano Ebr. I, 1,  
G ore